

B. C. D.

DE

ORIGINE DECIMARUM ECCLESIASTICARUM

1783, 6.

ANNUENTE

JURISCONSULTORUM ORDINE

IN

ALMA ARGENTORATENSIA UNIVERSITATE

13

PRO LICENTIA

GRADUM DOCTORIS

IN UTROQUE JURE

CONSEQUENDI

DIE XXVIII. APRILIS M DCC LXXXIII.

SOLEMNITER DISPUTABIT

JOHANNES CHRISTIANUS TREITLINGER

ARGENTINENSIS.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI
EX OFFICINA KÜRSNERIANA.



VIRO CONSULTISSIMO
JOHANNI CHRISTIANO
TREITLINGER

J. U. D. CODICIS ET JURIS PUBLICI
IN UNIVERSITATE ARGENTORATENSIS
PROFESSORI
CAPITULI THOMANI CANONICO
OPTIMO PATRUE
QUI INNUMERIS BENEFICIIS
A TENERA ÆTATE MIHI BENIGNE PRÆSTITIS
ADDIDIT LARGUM
QUOD PRO PROMOVENDIS STUDIIS FUNDAVIT
ANNUUM STIPENDIUM
IN GRATISSIMÆ MENTIS PIGNUS
HAS
STUDIORUM PRIMITIAS
EA QUA PAR EST REVERENTIA
DICAT CONSECRAT
PISSIMUS EX FRATRE NEPOS

JOHANNES CHRISTIANUS TREITLINGER.



§. I.

Ecclesiæ patres, cum iis Concilia atque summi Pontifices & Pontificii juris interpretes, fere non omnes, olim asseruerunt, decimas jure divino Ecclesiæ & ejus ministris deberi. Seldenus, (a) qui primus fere hoc in dubium vocare ausus est, Anglicani cleri odium adeo incurrit, ut litteris supplicibus, ad Prælatos Angliae scriptis, temerariorum, ut crediderunt, dictorum veniam petere & errorem fateri coactus fuerit. (b) Plures vero recentiorum Doctorum Catholici (c) æque ac Protestantates (d) statuunt, congruam saltem sustentationem iis, qui sacra curant, jure divino deberi; decimam vero fructuum partem iis jure tantum humano hodie præstari. Ad rite determinandam & illustrandam hanc sententiam speciminis Academici loco quædam expositurus, paucis his paginis ut favant Lectores, decentibus formulis rogo.

A 2

- a) in *Historia decimarum*, quæ ex lingua Anglica in Latinam translata a Jo. Clerico *Commentario ad Pentateucium* adjecta est.
- b) Gundling *Disc. über den Westphal. Frieden.* Art. V. §. 47. Boehmer *Jur. Eccles.* tit. de decim. primit. & oblat. §. 2.
- c) Engel *Colleg. Jur. Canon.* tit. de decim. §. 2. Pithing *Jur. Can. explicati* dicit. tit. Secl. 1. §. 2. Decima materialiter & secundum substantiam speciatæ, quatenus sunt stipendum necessarium ad sustentationem ministeriorum Ecclesiæ, jure naturali ac divino ipsis sunt debita. — Decima formaliter secundum determinationem seu certam quotam, ut videlicet sint pars decima fructuum, ex jure positivo coque divino tempore legis scriptæ seu Moysæ Levitis debebantur. At vero tempore Novi testamenti decima solum debentur ex jure positivo Canonico seu ecclesiastico, quamvis antiquissimo.
- d) Humphrey Prideaux in tractatu, *de origine & jure decim.* Anglico idiomate a. 1713. edito. Boehmer *Jur. eccles.* dicit. tit. §. 32. Conclamatum est, decimas ecclesiæ duntaxat jure ecclesiastico, h. e. ab episcopis, clericisque condito, quod nonnunquam ab imperantibus approbatum est, testibus capitularibus, deberi.

§. II.

In republica Judaica Sacerdotes & Levitæ, qui quamvis ex familia Jacobi patriarchæ essent & Judaicæ gentis tribum peculiarem, Levi dictam, constituerent, in divisione terræ Canaan nullam portionem tulerant, compensationis loco, decimam fructuum partem, a reliquis tribu-

bus præstandam, ex præcepto legislatoris divini (e) ob-
tinuerunt. Sed decimæ hæc Judaicæ genti propriæ, cum
ipsa Judæorum republica interierunt. (f)

e) Numeror. Cap. XVIII. §. 20. sq. *Dixit Dominus ad Aaron. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hereditas tua in medio filiorum Israël, filii autem Levi dedi omnes decimas Israëlis in possessionem pro ministerio, quo servient mihi in tabernaculo fæderis.* v. 24. *Nihil aliud possidetis, decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum & necessaria separavi.*

f) van Espen *Jur. eccles.* univ. P. II. tit. 33. §. 1. *In lege Moysica, decimas ex fructibus & frugibus terra debitas suisse Legitatis & sacerdotibus veteris legis, dubium non est, at præceptum illud, tanquam judiciale & mere positivum, lege Moysica per mortem Christi, quoad judicialia & ceremonia mortua, etiam cessasse, neque per Christum aut Apostolos Christianis datum præceptum esse, ut decimam partem fructuum Clero seu sacerdotibus Novæ Legis solvere teneantur; hodie a Canonistis & Theologis sat communis consensu recipitur.* Du Perray *Traité histor. & chronol.* des dixmes Li. Ch. i. T. i. n. 11. *La loi de grace a éteint le droit des Leviites, non seulement pour les dixmes, mais aussi pour le sacerdoce, qui ne vient plus par succession, mais par election & le choix des ordinaires: la première raison pour montrer, que les dixmes ne sont pas de droit divin, c'est que si on avoit ordonné par la Loi de Moïse de donner la dîme à la tribu de Levi, elle ne possédoit point d'autres biens que les dîmes.* Basnagius *Diff. V. de decimis* §. 6. Tom. II. Annal. p. 504. Boehmer *Jur. eccles. cit. tit. §. 5.*

do (a) invicem et ceteris aliis. §. III. et q. rei, nichil nisi tunc end

Salvator noster Christus & ejus Apostoli decimas non
præceperunt, (g) sed illis, qui Evangelium prædicant &
spiritualia præbent, necessariam sustentationem præstan-
dam esse statuerunt; (h) de decima vero fructuum parte
ipsis, uti olim Levitis præstanda, omnino silent.

g) Franc. de Roye *Inst. Jur. Can. L. II. Tit. 12. n. 3.* Constat
*Hebreos Jure divino debuisse decimas. Præceptum de iis solven-
dis toties in veteri testamento repetitum est. Sed verior est sen-
tentia S. Thomæ 2. qu. 87. art. 1. apud Christianos eas deberi
tantum ex Constitutione ecclesiastica. — — Christus dominus nun-
quam decimas imperasse legitur, cum enim Matth. Cap. 23. Et
Lucæ Cap. XI. dixit Phariseo, hoc oportuit facere, puta misericor-
diam et judicium, Et ea non omittere, puta solvere decimas,
rectissime S. Thomas ibidem observat ex Hilario, eum usum fuisse
verbo illo præteriti temporis, ueroruit, quod refertur ad Le-
gem Moysaicam, sub qua Pharisæus agebat. Nec quid etiam de
decimis habent Apostoli, Et n. 4. Constat igitur, apud nos deci-
mas, esse tantum præcepti ecclesiastici, quod aliquando divinum
dicitur in tit. de decimis. Cum nempe jus divinum latius su-
mitur,*

h) Christus dixit Apostolis Matthæi Cap. X. v. 8. Et sqq. Infirmos
curate, mortuos suscitare, leprosos mundate, dæmones ejicite,
gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum neque ar-
gentum, neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via,
neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virginem: dignus
enim est operarius cibo suo. Paulus Apostolus scribit, Epist. 1.

ad Corinthios Cap. IX. v. 7. Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem & de lacte grēgis non manducat? v. 11. Si nos vobis spiritualia seminavimus; magnum est; si nos carnalia vestra metamus? v. 13. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, que de sacrario sunt, edunt & qui altari deserviunt, cum altari participant? Ita & Deus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.

§. IV.

Primiti certe post Christum natum temporibus decimas Episcopis & Ecclesiae ministris a populo, qui Christianam fidem profitebatur, praestitas esse, plane incognitum erat. (i) Postea Irenaeus, (k) Origenes (l), Cyprianus (m) aliique Ecclesiae patres (n), Christianos quandoque hortati sunt, ut imitando Israëlitas fructuum, quos percipiunt, partem in usum ministrorum Ecclesiae & pauperum pia liberalitate erogarent, sed decimam eorum partem ut praestarent, nec præceperunt, nec præcipere potuerunt.

(i) Du Perray cit. traç. Liv. I. Ch. 1. Tom. 1. p. 6. Nous ne voyons pas, que dans la naissance de l'Eglise & pendant les quatre ou cinq premiers siècles on ait donné des dîmes à l'Eglise.

(k) Libr. IV. adv. heret. C. 20. 27. & 34.

(l) Boehmer I. c. §. 9. Inter omnes Origenes obligationem solvendi decimas & primicias urbit, observantibus Fleury *histoire Eccles.* Tom II. p. 161. Thomassino, *de vet. & novâ eccles. discipl.* P. III. Lib. I. C. 3. §. 9.

m) Boehmer *I. c.* §. 6. *Cyprianus Epist. 1. comparationem insluit inter clerum sui temporis veterisque federis, & sicuti hujus salario in decimis consistebant, ita illorum sportulas instar decimorum vel loco earum esse ait. Proprie diellas enim decimas non fuisse solutas, ipse prodit Cyprianus de unit. Eccles. in f. atque, ac nunc, ait, de patrimonio nec decimas damus. Hertius Diff. de Superior. territor. §. 50. Opusc. Tom II. p. 306. Decimae ante Cypriani tempora inter Christianos ignoratae, postea obtentu religionis introduci cuperunt, ac primo quidem spontanea liberalitate, postea Conciliorum decretis.*

n) Boehmer *loc. cit.* §. 10. *Hieronymi, Augustini, aliorumque patrum loca non referam, quæ monita magis erant, quam testimonia de praxi illius temporis.*

S. V.

Constitutiones Apostolicæ, quæ Clementi Episcopo Romano adscribuntur, de necessitate præstanti decimas (o) agunt, sed illas pro incertis, corruptis & dubiæ fidei vel auctoritatis Bellarminus, Baronius, Ferronius Cardinales & plerique viri docti habent (p); de Seculi tamen V. ritibus & usibus testimonii loco adduci posse afferunt. (q)

(o) *Libr. VIII. c. 30.*

(p) Fr. de Roye cit. §. 3. *Apostolorum canones & constitutiones Apostolice S. Clementis dubiæ sunt & suspectæ fidei Can. 1. & 2. diff. XVI. cum etiam plerique alia contineant Apostolorum temporibus incognita. Fleury Inhist. au droit eccles. Prem. Part, Ch. 1. Des constitutions Apostoliques attribuées au Pape S.*

S. Clement l'autorité n'est pas sans atteinte , parce que l'on y a ajouté en divers tems. Mastricht Hist. Jur. eccles. & pontif. n. 107. sugg.

- q) Du Perray cit. *Traict. Liv. I. Ch. 6.* On ne compte pas les Constitutions attribuées au Concile des Apotres dans le Chap. 30. du 7. Liv. & du Liv. 8. On y parle des diximes & préminces des fruits , Tom. I. des Conciles fol. 434. & 496. Ces autorités sont combattues par les savans & avec raison , mais elles sont fort anciennes. Boehmer cit. tit. §. 9.

§. VI.

Nulla porro nec in Codice Theodosiano A. CH. CCCCXXXVIII. edito , nec in Justinianeo repetitæ prælectionis Codice A.DXXXIV. promulgato , nec in Novellis Justiniani , postea latis , decimarum , ecclesiis earumque ministris præstandarum , mentio occurrit (r). Manifestum hoc indicium est , medio seculo post Christum natum sexto decimas ecclesiasticas Imperiali auctoritate & per modum legis in Romano orbe nondum obtinuisse.

- r) Du Perray cit. *truct. Liv. III. Chap. I. n. 6. Tom. II. p. 8.* Dans les décisions du droit , soit du Digeste , du Code ou des Novelles de Justinien , nous ne voyons aucune disposition , qui fasse mention des diximes. Boehmer cit. tit. de decim. §. II. in fin. Justinianus in legibus suis decimarum nullam mentionem facit.

B

§. VII.

Concilia quoque generalia & nationalia, quæ in Galia & alibi seculo quinto & sexto habita sunt, decimarum clero debitarum nullam mentionem faciunt (*s*). Patres Concilii Turonensis I. a. DLXV. vel proxime sequentibus annis habitu, Epistola Synodica Christianos falem monuerunt, (*t*) ut exemplum sequantur Patriarchæ Abrahami, qui Melchisedeko, regi pariter & sacerdoti Dei altissimi, decimam spoliorum dedit (*u*).

s) Du Perray Traës. Liv. I. Ch. 1. Tom 1. p. 7. Les Conciles du cinquième siècle tenus dans le Royaume & ceux du sixième, comme celui d'Agde, d'Orléans, d'Auvergne, de Paris & celui de Bragance, parlent à la vérité des choses Ecclesiastiques & des offrandes, mais il n'y en a pas un seul, qui ait fait mention des dixmes jusqu'à l'année 565. Tom. V. des Conciles col. 868. & 869. que le deuxième Concile de Tours, exhorta les peuples par une lettre circulaire de donner la dixme & de suivre les traces d'Abraham; & il y a deux vérités qui y sont expliquées par ces Pères, la première, qu'il faut suivre l'exemple d'Abraham & donner la dixme pour attirer la bénédiction du ciel sur les biens de la terre; ce Patriarche l'avoit donnée à Melchisedec dans une pleine liberté, sans que la Loi, qui n'étoit pas encore faite, l'y obligeât; la seconde reflexion, les Pères du Concile veulent insinuer par la même lettre, qu'il faut faire l'aumone, ce qui est comme le fondement de la dixme.

t) Boehmer cit. tit. §. 11. In Concilii Turonensis II. a 567. habitu canonibus, de decimis nihil cavetur, & tamen Patres Tu-

ronenses in epistola Synodica apud Harduinum tom. III. Concil. p. 368, monita de decimis subjungunt. Illud vero instantissime commoneamus, ut Abraha documenta sequentes decimas ex omni facultate non pigeat Deo pro reliquis, quae possidetis, conservandis offerre, ne sibi ipsi inopiam generet, qui parva non tribuit, ut plura retinet, & quod dicendum est verius, suum persolvat pretium, ne se trahi videat peccato dominante captivum — Ergo si quis in Abrahæ collocari vult gremio, ejusdem non repugnet exemplis. Addit Brähmer; Si sub præcīū necessitate solvende fuissent decimæ, Patres sine dubio canones de hoc argumento in ipso Concilio edidissent. Id vero minime factum est. In epistola synodica voluerent Patres earum mentionem injicere, in qua plura alia consilia & monita v. c. de nuptiis propter instantem calamitatem publicam differendis, explicantur, cum in canonibus non monita sed præcepta dentur — Quia adhuc generalia Concilia de decimis silent circa Sec. VI. tempora; probabile est, tantum Patrum doctrina privata earum necessitatem inculcatam esse.

w) Genes. XIV. 8. Epist. ad Hebr. VIII. 1. Conf. can. 6 cap. XVI.
q. 7.

§. VIII.

Primum de decimis solvendis præceptum ecclesiasticum sub finem demum seculi sexti exstat. (w) Patres nempe Concili Matisconensis II. a. DLXXXIII. vel DLXXXV. habiti. Can. 5. edixerunt: (x) *Leges divinae, consulentiis sacerdotibus ac ministris ecclesiarum, pro hereditatis portione omni populo præceperunt, decimas fructuum suo-*

B 2

rum locis sacris praestare, ut nullo labore impediti horis legitimis spiritualibus possint vacare ministeriis. Quales leges Christianorum congeries longis temporibus custodivit intermeratas: nunc autem paulatim praevericatores legum pene Christiani omnes ostenduntur, dum ea quae divinitus sancta sunt, adimplere negligunt. Unde statuimus ac decernimus, ut mos antiquus a fidelibus reparetur, & decimas ecclesiasticis famulantibus ceremoniis populus omnis inferat, quas sacerdotes aut in pauperum usum aut in captivorum redemtionem prærogantes suis orationibus pacem populo ac salutem impetrent. (y)

w) Jer. Eberh. Link de decim. feudal. Diff. I. th. 2. Primum quod scimus a. 583, ecclesiastici præcepti a Concilio Matisonensi nobis traditur monumentum. Antea consilia tantum de reducendis decimis dabantur, quæ deinde in admonitiones severas, hæc in præcepta, hæc in fulmina tandem conversa.

x) Fr. de Roye. I. c. Liv. II. Tit. 12. §. 4. Primo quidem fideles decimas sola pietate movente solverunt; ad eam devotionem eos hortati sunt sancti Patres. — Sed eorum exhortationes & homiliae vim legis aut canonis non habebant, ut eas revocarent ad juris necessitatem, cumque frigescente charitate, circa finem saeculi sexti, pia illa consuetudo deficeret, ut palam est ex epistola 2. Turon. Concilii, statim II. Matisconense Concilium, (quod a quibusdam dicitur Synodus generalis, ut docet Binius) in Cap. 5. præcepit, ut omnis populus solvat decimas & Clerici eas distribuant pauperibus. Du Perray cit. traict. Liv. I. Ch. 1. n. 9. Dixit ans après le deuxième Concile de Tours, savoir en l'an-

née 585 Tom. 7. des Conc. col. 981, celui de Macon s'explique autrement & remarque, que la dixme étoit affectée aux Ecclésiastiques de droit divin pour leur portion héréditaire, afin que n'étant point embarrassés des affaires du siècle, ils puissent vaquer plus paisiblement à leur ministère & faire le service divin; il ordonne aux peuples de suivre l'ancien usage & de donner la dixme aux Prêtres, dont ils peuvent soulager les pauvres & racheter les captifs.

y) Böehmer cit. tit. §. 12, ex Harduin. Tom. III. Concil. p. 461.
adducens hæc Concilii Matisconensis verba addit; *Pene omnes Christianos ab officio in solvendis decimis descivisse, ajunt patres: dixeris potius, decimas nondum universaliter introducas fuisse, patresque hujus Concilii ex quorundam patrum antiquorum doctrina deceptos fuisse, ut crederent, praxim earum obliteratam fuisse.*

§. IX.

Modo adductum Concilii Matisconensis canonem unicum esse ex seculo sexto, quo decimæ sint imperatae, tradit Böehmer, (z) addens, pauca quoque seculo sequenti decimarum ecclesiis earumque ministris præstadarum vestigia occurrere. (aa) Frequentiores autem factæ sunt Decretales S S. Pontificum Epistolæ, quæ decimas iuris divini esse statuant (bb) & eas præcipiunt.

z) Böehmer cit. tit. §. 12.

aa) Böehmer l. c. ex Harduini Tom. III. Conc. p. 1772, citat circa annum 688. Theodori Cantuariensis Capit. 24 & 30.

bb) Paschalis II. C. 47. *Caus. XVI.* q. t. tradit: *Decimas a populo Sacerdotibus ac Levitis esse reddendas, divine legis sancxit auctoritas.* Alexander III. C. 14. x. de decim. primit. & oblat. scribit: *Cum decime non ab hominibus, sed ab ipso domino sint instituta, quasi debitum exigi possunt.* Innocentius III. C. 25. x. d. t. statuit: *Imperialis concessio quantumcumque generaliter fiat, neminem potest a solutione decimalium eximere, quae divina constitutione debentur.* Idem C. 26. §. 32. §. 1. & c. 33. d. t. repetit: *Deum decimalis in signum universalis dominii fibi reddi precepisse & Deo debitam esse solutionem decimalium.*

§. X.

Hæc autem de decimalis Clero præstandis præcepta ecclesiastica eos, quibus Clerici sacra administrant & spiritualem opem præbent, ita tamen non obligabant, ut morem eis gerere renuentes mediis. civilibus cogi & ad decimalis præstandas compelli possent; (cc) nisi legislatoria potestas accessisset & Principes Christiani præcepta hæc sèpius confirmassent, atque subditis suis Clero decimalis præstare imperassent.

cc) Ziegler cum Riveto ad Fr. de Roye, *Inst. Jur. Canon. Lib. II.* Tit. 12. §. 4. verbi. Præcepti ecclesiastici notat; *Alienatum est a munere ecclesiasticorum, ut ipsi prescrivant quantitatem suorum reddituum & quantum fibi a parochianis suis dari oporteat. Si qua obligatio in tali re constituenda est, a Principi expediri debet præceptum per legem publicam.*

§ XI.

Canonibus autem Conciliorum robur & plenum firmamentum accessit Christianorum Principum constitutionibus, Capitularibus præcipue Regum Francorum. (dd) Crescens cum propagata Christiana religione SS. Pontificum auctoritas eorumque Decretales Epistolæ (ee) ubi vis fere cum veneratione & obsequio exceptæ, atque excommunicationes erga contumaces prolatæ, haud quidem absque turbis in Septentrione præcipue (ff) ortis, tandem effecerunt; ut omnes fere, quæ in Europa sunt, regiones præstandis decimis ecclesiasticis se submiserint & rariores sint terræ, (gg) ab hoc onere plane immunes & liberæ.

dd) Capitulare a. 779. n. 7. De decimis, ut unusquisque suam decimam donet, atque per iussionem Pontificis dispensentur. Georgisch Corp. Jur. Germ. col. 543. Capitulatio de partibus Saxoniae n. 17. Similiter secundum Dei mandatum præcipimus, ut omnes decimam partem fulsantiae & laboris suæ ecclesiæ & sacerdotibus donent, tam nobiles, quam ingenui similiter & illi, juxta quod Deus unicuique dederit Christiano, partem Deo reddat. Georgisch l. c. col. 581. Capit. a 801. n. 6. Ut unusquisque sacerdos cunctos sibi pertinentes erudit, ut sciant, qualiter decimas totius facultatis ecclesiæ divinis debite offerant. Georgisch cit. Corp. col. 623. Capit. Lib. V. n. 101. De decimis, quas populus dare non vult, nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab Episcopis prohibendum est, ne fiat. Et si quis contentor inventus fuerit & nec Episcopum nec Comitem

audire voluerit, ad presentiam nostram venire compellatur.
Ceteri vero disstringantur, ut inviti Ecclesia restituant, quod voluntarie dare neglexerunt. Georgisch. l. c. c. 1428. Capit. Lib. V. n. 173.
Ut decimæ fideliter sanctæ ecclesiæ reddantur & presbyteri secundum canonicam regulam fideliter dividant, n. 194. Ut unusquisque suam decimam donet atque per iusserem Episcopi dispenset.
Georgisch l. c. 1440. & 1450. Lib. VI. n. 41. Separabis decimas ex omnibus, quæ nascentur tibi eo tempore & repones inter januas tuas. Fenerabis ea sacerdotibus & Levitis, advenis & peregrinis, pupillis & viduis. Georgisch col. 1518. n. 192. Adnuntient presbyteri plebi publice, ut primitias omnium fructuum terre ad benedicendum offerant ad domos illorum, & sic postea inde manduent, & decimas ex omnibus fructibus & pecoribus terre annis singulis ad ecclesiæ reddant, & de novem partibus, quæ remanerint, elemosynas faciant. Georgisch col. 1549.

cc) *Quia modo multi inveniuntur, decimas dare nolentes, statuimus, ut secundum domini nostri preceptum admoneantur semel & secundo & tertio. Qui si non emendaverint, anathematis vinculo feriantur, usque ad satisfactionem & emendationem congruam. Can. 5. in fin. Caus. XVI. q. 7. Alexander III, C. 5. x. de decim. mandavit, quatenus paroecianos vestras monere curetis & si opus fuerit, sub excommunicationis distinctione compellere, ut de proventibus molendariorum, piscariorum, fano & lana decimas ecclesiæ, quibus debentur, cum integritate persolvant & cap. sq. 6. idem de apibus & de omni fructu statuit. add. cap. 32. pr. in fin. v. d. t. c. 1. cod. in 6to & Clem. 3. de pen. Excommunicationem contra decimas praestare negligentes pronunciari, Capitularia quoque approbaverunt. Lib. II. n. 39.*
&

¶ Lib. V. n. 274. Qui decimas post creberrimas admonitiones
 & prædicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur.
 Juramento vero eos constringi nolumus propter periculum perjurii.
 Fleury In³. au Droit eccl^s. Part. II. ch. 11. La dureté des
 peuples croissunt dans le neuvième siècle, on renouvela la rigueur
 des censures, ¶ les Princes y joignirent des peines temporelles.

ff) Fleury l. c. Il est vrai que l'exaction des dîmes ne s'établit
 qu'avec grande peine chez plusieurs peuples du Nord. Elle pensa
 renverser la religion en Pologne, environ cinquante ans après
 qu'elle y eut été fondée. Les Thuringiens refusèrent encore en
 1073. de payer la dîme à l'Archevêque de Mayence ¶ ne s'y
 soumirent que par force, S. Canut Roi de Danemarc voulant
 y contraindre ses sujets s'attira la révolte, où il fut tué.
 Boehmer Jur. eccl^s. Lib. III. Tit. 30. §. 14. Decimorum tri-
 buto mox subjiciebantur regna & terræ, que nomen Christo de-
 derant. Vix domiti erant Saxones, vix sceptro Francorum
 subiecti, quo statim legem de solvendis decimis eis imposuerit
 Karolus M. teste Schatenio in Historia Westphal. Lib. 8. p. 519.
 ¶ 521. Addit §. 15. Non uno impetu sed per varias temporum
 periodos, per diversa rerum discrimina, infinitasque multorum artes
 hoc tributum populo impossum, alibi citius, alibi serius, nec
 ubique fere sine turbis publicis, ut de Scotia refert Cragius in
 Jure feud. Lib. I. Tit. 15 §. 16. de Holstia Helmod in Chron.
 Slav. Lib. I. c. 91. sqq. de Thuringia Auctor vita Viperti Co-
 mitis Gronenf. c. XL. §. 30 relatus Tom. I. Rer. Lufat. p. 27.
 de Polonia Fleury in Hist. eccl. Tom. 12. Lib. 58. §. 45. p. 404.

C

gg) Fleury *Inst. au droit ecclés.* Part. II, ch. 11. Encore à présent la dixme n'est pas établie en Frise. — Les Grecs & les autres Chrétiens Orientaux n'ont point souffert, que l'on établît chez eux l'exaction des dixmes,



THESES.
EX JURE CIVILI
ET
P U B L I C O.

I.

Filius familias de peculio adventitio irregulari testamenterum condere nequit.

II.

Mater & avia Scto Vellejano & secundis nuptiis renuntiantes omnibus agnatis & cognatis preferuntur, tutores testamento deficiente.

III.

Immunis est a cautione, qui bona immobilia possidet.

IV.

Donatio omnium bonorum valida est.

V.

Mobilibus & immobilibus legatis, nomina non debentur.

VI.

Cautio ab usufructuario praesienda a testatore potest remitti.

20

VII.

*Non obstante Aurea Bulla tutela Electoralis etiam testam-
mentaria esse potest.*

VIII.

*In causis privatis Imperator coram Comite Palatino re-
spondere tenetur.*

IX.

Rex Romanus sine Imperatoris consensu eligi potest.

X.

Superioritas territorialis ante interregnum fuit incognita.

XI.

*Pace Westphalica superioritas territorialis Statuum con-
firmata & in perpetuum stabilita, non demum introducta est.*

XII.

Imperator pro lubitu Imperio se abdicare nequit.


XIII.

*Rex Romanorum immerito sibi præcedentiam arrogat præ
ceteris Europæ Regibus.*

XIV.

Collegium Electorale augeri, Aureæ Bullæ non contrariatur.





Straßburg, Diss., 1776-B





B. C. D.
DE

ORIGINE DECIMARUM ECCLESIASTICARUM

ANNUENTE
JURISCONSULTORUM ORDINE
IN
ALMA ARGENTORATENSIMUM UNIVERSITATE

PRO LICENTIA

GRADUM DOCTORIS

IN UTRIQUE JURE

CONSEQUENDI

DIE XXVIII. APRILIS M DCC LXXXIII.

SOLEMNITER DISPUTABIT

JOHANNES CHRISTIANUS TREITLINGER
ARGENTINENSIS.

H. L. Q. C.

ARGENTORATENSIS
EX OFFICINA KÜRSNERIANA.

